



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum III. Clericis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

552 Decret. Greg. Lib. III. Tit. XLIX. Cap. II. in sexto.

Neque dicas, quod per talem exemptionem, jus collectandi in aliquo territorio, magnum patiatur detrimentum, & Principi seculari magnum damnum inferatur. Respondet enim, negando sequelam hanc, cum diminutio haec non fiat in propriis bonis Principis, vel in jure aequivalente domino proprietatis, ob cuius lesionem propriè loquendo damnum pateretur Princeps, ex negata sibi pensione jure justitiae commutativa debita, sed tantum ex jure jurisdictionis, ex quo nulla est obligatio curare, ut bona talia maneant sub jurisdictione Principis, vel Magistratus secularis, cum quilibet dominus proprietatis de bonis suis liberè disponere possit, præsertim illa donando Deo vel Ecclesiæ, per quam donationem, cum talia bona fiant Ecclesiastica, censentur meritò talium bonorum naturam induere: præsertim cum in tali casu exemptus à tributis secularibus pendendis non tam habeatur ex auctoritate juris positivi humani, quam ex auctoritate juris divini, vel humani in divino fundari. Videantur plura circa immunitatem Ecclesiarum & Ecclesiasticorum in *Theolog. Moral. I.* 4. tr. 9.

CAPITULUM II.

Decet.

PARAPHRASIS.

Plurima in hoc Capit. præscribit Gregorius X. Pontifex in Concilio Lugdunensi Generali, ad reverentiam Ecclesiarum observandam, quod scilicet humilis, & devotus ad Ecclesiam ingressus esse debeat; quod debeat fieri exhibitio reverentiae specialis, præcipue dum pronuntiatur sanctissimum Nomen JESU, dum aguntur Missarum solemnia; quod orationibus in Ecclesia interviendum, & nulla excitanda editiones; quod secularares civiles Conventus, seu Parlamenta, in Ecclesia facere non debeat; quod quæcunque profana colloquia, & multæ

magis fœda & impura, quælibet confabulationes, & quæcunque divinum officium turbare possunt, intermitte debeat: quod in Ecclesijs carmineque Camererijs, negotiations, judicia secularia, maximè criminalia, ac nundinae permitti non debeat; quod procedu & sententia judicum facultarium in Ecclesijs, earumque Camererijs, prohibet, nullius sint firmatais, ita ut Laicos etiam Ordinarios obliget Pontifex, al curandam diligentem horum observationem; concludens tandem hanc suam Constitutionem, quod transgrediessum, qui præmissas inhibitiones perlanti animo contempserint, & per processum Ordinarioꝝ, & ab illis agentibus Divinæ & Pontificie ultro acrimoniam formidare debeat, & nec suum confessi reatum, firmato proposito à similibus deliberaverint solvere: quæ omnia sanctissime quidem pro reverentia tam Ecclesiarum, quin divinorum mysteriorum hoc titulo facita fuerint, & longiore explicatio non indigent, cum clara sint omnia; fastis tamen non tam sancte, & accurate, obnegligentiam, & nimiam (ap)prochorum dissimulationem observant, quos convenientibus etiam penitentia illis excitentur, qui in illos jurisdiccionem habent, ad sanctiorem divinorum, & suarum sibi communiarum Ecclesiarum curam videretur velle Pontifex extimare, dum vult eos hujus etiam Canonice auctoritate, & metu penatum extandos.

CAPITULUM III.

Clericis.

PARAPHRASIS.

Etiam in hoc Capit. in eos Laicos investit Pontifex Bonifacius VIII. qui Clericos collectis, tallijs &c. gravant, afflent, suadere antiquitatem, & præsentium eti permitte

perimenta temporum ostendere, quod Laici oppidò infestis sunt Clericis, & suis finibus non contenti, nitantur in veterrimum, & ad illicita fratum relaxare nihil attendentes, quām sit eis in Clericos, & personas Ecclesiasticas interdicta potestas; & ideo collectas illis, tallias, & alia gravia onera imponentes, suorum proventuum decimam, aut quottam aiam ab illis exigunt, & extorquere moliuntur; quorumabusibus ipsi etiam Prælati Ecclesiastici, temporealem potius, quam spiritualem divinam majestatem metuentes, temerariè, & improvidè acquiescent, Sedis Apostolicæ auctoritate, & libertate non obtentā: ut proinde talibus inquis actibus obvietur, cum suorum Fratrum consilio, auctoritate Apostolica le decernere, ut quicunque deinceps Ecclesiastici, Religiosi, vel Sacerdotes, quorumcunque Ordinum, conditionis, seu statūs, in collectas tales juxta Laicorum exactiones solvendas, consenserint, aut quomodounque demum sub prætextu adjutorij, mutui, subventionis, subfidi, vel doni contribuerint, absque auctoritate Sedis Apostolicae: Imperatores vero, Reges, & Principes, Dukes, ac Comites, Barones, Potestates, Capitanei, vel Rectores, quounque nomine censeantur, qui talia exegerint, imposuerint, vel receperint, aut apud aedes factas deposita Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum bona arrestaverint, seu occupare presumplerint, seu arrestari mandaverint, aut arrestatae accepterint; nec non omnes, qui scienter deriderint in prædictis auxiliis, consilium, aut favorem, publicè vel occultè, eo ipso tententiam excommunicationis incurvant; Universitatis vero, quæ in his culpabiles fuerint, Ecclesiastico supponantur interdico; Prælati etiam, & personis Ecclesiasticis, in virtute obedientiæ, & sub pena depositionis districte mandans, ne talibus, absque petita Sedis Apostolicae licentiâ, ullatenus con-

sentiant, excommunicationis etiam & interdicti sententiam Sedi Apostolicae reservatam incusuri, si solverint aliquid; cùm Apostolica Sedes non velit tam horrendum secularium potestatum abusum tolerare, & nolit ullatenus dissimulare, non obstantibus quibuscumque privilegijs, sub quacunque verborum forma, ipsi etiam Imperatoribus, Regibus, & quibuscumque alijs, concessis, quæ in quantum contra prædicta sunt, nullatenus suffragantur.

SUMMARIUM.

An hec constitutio Bonifacij VIII. sit revocata?

Notandum. Justam hanc esse Bonifacij VIII. constitutionem, quæ necessaria videbatur, ad multos abusus secularium Magistratum corrigendos, ita tamen, ut ob multas deinde difficultates, gravia incommoda, & magna pericula, ac scandala à Clemente V. in Concilio Vienn. per Clementinam unitam revocata sit, quoad penas in eos Ecclesiasticos statutas, qui tales à Laicis impositas exactiones solverunt; quod ipsum etiam habetur in Extravagante Benedicti XI. Quod olim hoc tit. inter communes: ubi dicitur, quod exigentes quidem talia tributa à Clericis, vel mandatum, consilium, aut favorem ad hæc exigenda suggesterent penas dictas incurvant: locum tamen penæ istæ non habent, respectu solventium tales collectas: & quamvis Glossa in relatam Clementinam v. quoniam, & v. imperfectis putet, dictam constitutionem Bonifacianam, per dictam Clementem omnino revocatam esse, quæ assertio sua probabilitate non caret, cùm Clemens dicat, penitus se eam revocare, & quæ vi illius facta sunt, habere se profectis: observanda tamen inviolabiliter, quæ in Concilio Lateran. cap non minus 4. & cap adversus. 7. hoc tit. in antiquis statuta fuerunt. Quia tamen hujus constitutionis confirmatio, quoad penas in Laicos,

Aaa a

qui

qui tales collectas &c. exigunt , aliunde satis habetur ex relatis iuribus ; quod dantes verò tales collectas , ex omnium mente & claro texu Bonifaciana constitutio revocata est , non videtur multum in ea immorandum.

CAPITULUM IV.

Quoniam.

PARAPHRASIS.

Cum eousque Laicorum quorundam , quibus justitiae administratio , & litium forensium componendarum potestas erat , temeritas presumptuosa excresceret , ut eos , qui litteras Apostolicas ad delegatos imperarent , vel ad ordinarios judices Ecclesiasticos recurrerent , ut in negotijs , & questionibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus ab impenitentibus impeditent justitiam , & ut ad judicium suum secularare accederent , vel omnino à lite desisterent , compellerent : statuit Bonifacius VIII. sub pena excommunicationis ipso facto incurriende , ne talia in posterum à Laicis judicibus , cum impeditio debita justitiae fierent , districte inhibendo , ne quis tales litterarum Apostolicarum impetratores , vel alios in foro Ecclesiastico litigantes , aut litigare volentes , sive ambæ partes hoc voluerint , sive una tantum , super causis Ecclesiasticis , per se vel per alium ad defensandum , vel in foro suo seculari litigandum , per captionem etiam rerum ad hos pertinentium , modisve alijs quibuscumque compellat , vel coimpelli faciat , aut procuret : non absolvendi ab excommunicatione , nisi de damnis , & expensis tam judicii , cuius cognitio fuit impedita , & jurisdictione laesa , quam parti laesa in prosecutione litis , & justitia impenitanda integrè satisficerint : ita ut ad hanc solutionem impenitandam non sufficiat cautio per pignus , aut fidejusfores de laesione reparanda , ut advertit

*Glossa hic V. satisfactum. Prohibito-
sta & clara est , ad jurisdictiones super
diversis causis , quarum aliquæ ad ho-
rum præcise Ecclesiasticum , aliae ad
rum præcise civile pertinent , alie ve-
mixti fori sunt , ubi præventio locum lu-
bet , prout in *título de foro compun-
te in secundo lib. Decret.* pluribus do-
tur , non confundendas ; & , ut a Ponti-
fex ad Ecclesia justitiam conservandam
ne se & sua negligat , quæ alios in sua
justitia confovet.*

CAPITULUM V.

Eos qui.

PARAPHRASIS.

Decernit in hoc Cap. Pontifex Bonifacius VIII. ut illi Laici excommunicatione sententia ipso jure subjeant , quinque temporale dominium obtinent , & suis fidibus prohibent , ne Prelatis , aut preli-
nis Ecclesiasticis sua obsequia tempo-
ralia præstent , vendendo aliquid illis ,
vel ab illis emendo aliquid , molesti illis frumentum , panes coquendo , ut
alia obsequia præstant , ut texus lo-
quitur , qualis sartores v. g. pilarii , ca-
pentarij &c. quos nominat *Glossa* , car-
berè solent & possunt , ut ad collecta
eos , quibus directè imperare non pos-
sunt , indirectè saltem compellant : cum
enim absque horum obsequiorum , ozi
Laicis præstari solent , exhibitione vix
non possint Clerici , & consequenter , per
talem prohibitionem multum ladiuit
libertas Ecclesiastica ; non quidem tem-
per , ut advertit *Glossa* hic V. libertatis
quoad verba , quæ directè (acculturab)
loquuntur , in quos jurisdictionem ha-
bet Laicus Princeps ; sed quoad men-
indirectè saltem urgendo Clericos , si
& ui suo , & vita necessaria habere velint .
Neque hoc cap. contra eos Laicos tantum
loquitur , qui nihil sive nulla obsequia
vendendo , aut emendo prælati possi-